

no 1402. (gg) Hertnidus de Polheim vixit Anno 1474. (hh) Sigismundus autem in favorem Christophori Hohenfelderi liberat bona quædam ab onere feudali Anno 1483. (ii) Sigfridus à Polheim & Hedvigis à Perneck Conuges fuere Anno 1499. (kk) Wolfgangus Dominus de Polheim, supremus Capitaneus Provinciarum Austriacarum (Obrister Hauptmann / der Oesterreichischen Landen/ ) nomine Maximiliani I. Imperatoris Vitum ab Ebersdorff in gratiam recepit eā conditione, ut acceptis duobus Castris Ernstbrunn & Mauer / Dynastiam gentilitiam Ebersdorff/Imperatori cederet. Anno 1499. Ex eoque tempore Dynastia hæc in patrimonio Augustissimæ domus Austriacæ mansit (ll) Eodem Anno Erhardus Polheimius Imperiali munificentia feuda quædam vacantia consecutus est, (mm) quæ ille Anno 1501. Leoni à Schneckenreuth præsentibus Sigfrido & Sigismundo Polheimiis plenario jure tradidit. (nn) Georgius Polheimius claruit Anno 1500 (oo) Cœterū in Cœnobio Minorum ad SS. Crucem Viennæ ex gente Polheimiâ non nulli terræ redditi sunt, quos recenset antiquus monasterii illius Codex supra allegatus sub sequenti rubrica.

### Domini de Polheim.

pag. XXXI. 1. Septembr. Anniversarius Dominæ Alhaidis de Polheim & Sororis suæ Dominæ Kunigundis de Ternberg, celebretur, quia dedit pro fratribus unam bonam vineam quæ vendita fuit pro 43. libris denariorum, perpetua missa est in littera, sed à nullo promissa. Venditio facta est de vineâ tempore fratris Henrici dudum Guardiani.

Sub secundo lapide marmoreo parvo sepulta est Domina Alhaidis & Sororis sua Domina Kunigundis de Ternberg. Obierunt Anno 1300. ubi Littera G,

Pag. XXXIV. Anno Domini 1383. obiit Caspar Domicelius Filius Domini Georgii de Polheim sepultus in Capella Stæ Catharinæ.

(c) Documentum Lambacenſe (b) Documentum Garſtense. (c) Document. ejusd. monaſt. Garſt. (d) Aliud document. Garſt. (e) Ex Archiv. Garſtensi (f) Ibi (g) Document. Cremifanense. (h) Archivum statuum Num. 21. (i) Ibi N. 40. (k) Ibi N. 47. (l) Ibi N. 511. & 521. (m) Ibi N. 1090. (n.) Ibi N. 1250. (o) Ibi N. 1372. (p) Ibi N. 1391. (q) Ibi N. 1435. (r) Ibi N. 1472. (s) Ibi N. 1542. (t) Ibi N. 1609. (u) Ibi N. 1645. & 1646. (x) Ibi N. 1749. (y) N. 1791. (z) Ibi N. 1802. (aa) Ibi N. 1817. (bb) Ibi N. 2014. (cc) Ibi N. 2613. (dd) Ibi N. 2755. (ee) Ibi N. 2816. (ff) Ibi N. 3034. (gg) Ibi N. 3112. (hh) Ibi N. 3145. (ii.) Ibi N. 3245. (kk) Ibi N. 3449. (ll) Ibi N. 3451. (mm) Ibi N. 3447. (nn) Ibi N. 3475. (oo) Ibi N. 3465.